CONRADUS DE SOLTAU

Entstehungsort unbestimmt, 1421 Seite 205v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35120
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Apo. Ro. 3. Et iudicia sua i. po
pulo israel annunciauit legem
iudicia continentem. Non fecit ta
liter quia alie nationes non habe
bant legem et prophetas et in
mirum quia de illo populo xpus fu
it nasciturus secundum carnem. Et ideo
decuit ut ille populus polle
ret preceteris specialiter cultu
et santitate. Et quia non fecit omni
nationi sic et iudicia etc.

148 Laudate dominum
de celis lauda

Sequitur psalmus 148 cuius
talis est tytulus in hebreo et in
translatione Ieronimi alia. Et
in quibusdam bibliis nostris additur
Aggei et Zacharie ut in pre
cedenti et intelligatur ut ibi etc.
Propheta in hoc psalmo per paucorum
commemorationem universam creaturam
hortatur ad laudem. Et primo in
uitat et ad laudem hortatur
creaturas superiores. Secundo inferio
res ibi laudate dominum de terra.
Et primo ponit exhortationem
secundo rationem ibi Quia ipse dixit
Sicut aliquibus bona operanti
bus applaudentes dicimus. Sic
propheta hic angelos deum lau
dantibus congratulans sic dicit
laudate etc. scilicet o vos angeli
de celis nec precipit nec amo
net angelos hoc facere. Quia
ipsi nusquam cessant clamare
Sanctus sanctus sanctus. Scilicet quid eis
congratulans dicit laudate etc.
laudate eum in excelsis. Repe
titio sub aliis verbis ad expressio
nem affectus. Deinde quibus loquitur
subdit laudate eum omnes an
geli eius scilicet in tribus Ierarchi
is. Et nouem ordinibus laudate

eum omnes virtutes eius specialiter
inuitatur ordo virtutum quia per ange
los fiunt effectus mirabiles in
admiratione diuine potestatis et
laudem homines inducentes. De
inde ad inuisibilia descendit
dicens laudate eum sol et luna
licet corpora celestia sint inania
ta ut dicit Damascenus tamen dicun
tur deum laudare inquantum ex sua
pulchritudine et virtute ducunt ho
minem in cognitione et laude
ipsius dei. Consequenter inuitat ce
lum empirreum cum dicit lau
date eum celi celorum i. celum
empirreum quod dicitur celum
celorum quia super alios celos est
Quod autem dicitur hic celi in plurali hoc
dicitur propter diversas mansiones elec
torum ibi existentes iuxta illud
Joh. 14. In domo patris mei
mansiones multe sunt. Contra in
uitat ad laudem celum cristalli
num cum subdit Et aque omnes
quod dicitur aqueum propter splendi
tudinem et dyaphaneitatem. Sic
empirreum dicitur a pir quod est
ignis propter splendidam in caritate
vel secundum glossam Aque omnes
i. que sunt super firmamentum que
sunt diuise ab hiis que sunt sub
firmamento. Quia ipse dixit
ubi ponitur premisse exhorta
tionis ratio cum dicit Quia ipse
etc. dicit glossa ordinaria Ecce hiis
verbis significat verbum scilicet dei filium
per quem omnia facta sunt. Et
sine ipso factum est nichil Joh.
1. Quia ipse scilicet pater celestis dixit
i. genuit verbum scilicet eternum et
facta sunt supple omnia ipse man
dauit ut patet Gen. 1. Fiat
lux et factum est lux. Statuit
ea scilicet corpora celestia de
quibus premisit in seculum seculi.

205v